**E**dierunt g predicti duo discipuli statim in hierusalem et inuenientes alios discipulos congregates absente thoma narrauerunt eis: pariter q audierunt q surrexit dñs et apparuit symoni. Tunc dñs intrans ad eos ianuis clausis stetit in medio eorum dicens. Pax vobis. Discipuli vero procidentes ad terram et suam culpā dicentes q sic eū dereliquerāt ipz alacriter suscepserunt. Tunc dñs ait. Surgite fratres mei: q oīa pcta vestra vobis dimissa sunt. Stat igitur familiariter inter eos ostendit eis manus et latus: aperuit eis sensum ut intelligant et cognoscant resurrectionem suam. Idebit si hñt aliquid ad comedendum: et manducat cū eis partem piscis assiet fauū mellis. Insuflat in eos et dat eis spm sanctū. Vides qm̄ omnis plena sunt locūdita te et sapientia. Fauisi sunt ergo discipuli viso domino letant corā eo qui sic erant prius pauefacti. O q̄ libenter ei porreverūt ut comederet q̄ fideliter ei intrebabant et q̄ iocunde assistebant ei. Logita dominam esse ibi et discipuli congregabantur ad eam: qui fas-

L. q.

miltariter sedebat iuxta filium suum. Dñs autem iesus  
de manibus eoz cibum reverenter suscipit: et reveren-  
ter matrem hunc et coram discipulis. Nec omittas mag-  
dalena discipulam apostolorum apostolam aspicere qualiter ad  
pedes dñi more solito sedet et diligenter audit verba eius.  
Et si quid potest studiose et toto affectu ministrat. Quid est  
enim nunc ista domuncula: et quod gloriosum habitare in ea.  
Nonne tibi videtur in ea magnus pascha si aliquid de  
uotionis sentis? Prouto sic. Sed parum stetit dominus  
cum eis: quod erat quasi sero. non forte ipso coegerunt. eum ali-  
quolum plus stare rogantes ne sic cito recederet. An  
non credis quod magdalena sedet ad pedes eius tenet eum  
confidenter et cum reverenti audacia ne discederet ita cit-  
ato. Erat enim induitus vestibus albissimis glorie sue. sic  
enim eum tenebat: non presumptuose: sed confidenter fa-  
ciebat sicut diligens et dilecta: nec deo displicebat. Te-  
nueri enim vult: ut per primi in duabus discipulis cunctibus in-  
famous. Tandem dominus reverentia matri facta ab ea simili-  
liter recepta bnsdicens oes recessit ab eis. Ipsius vero  
de reuersione rogauerunt eum. Remanserunt autem famel-  
ici et sitiendi de domino suo de quo tantam copiam habe-  
re consueuerant cum sepe desideratis reuocantes. Vidi  
tamen quomodo hodie habuisti pascha. Nam omnes supra-  
dictae apparitiones fuerunt in die pasche. Sed si forte  
audisti: sed non sensisti quod nec forte passionem habuisti.  
Credo quod si in passionem scires conuerti mente haberet  
vntam nec ad varia inuidana dispersam. Tunc pro domino  
jesus redat an sanctos pres quod coram eo non ociose sed iusto  
cundanter laudibus insistebant. Quid autem dixerunt  
ipse noluit reuelare. Tu autem cogita eos quasi cum  
corporibus. Et recolentes beneficia deo gratias agen-  
tibus per singulas generationes. Primo offerentes

se audare eum tanque dignum omni laudē. Secundo. rego,  
gnoscendo deum suū. Tertio. numerādo ipsa bñficia.  
Quarto. eror. itado. oēs ad laudem. Quinto. ipsum  
adorādo. In quibus eos diligenter et reuerenter attē:  
de qui omnia valde deuota sūt et ueritatis non solum ad pro  
fentes meditationes. sed et laudes et cantita quod sibi in  
patria exhibentur. Iuiciēs igitpro se adam et sua ges:  
teratione stas coram eis alacriter et reuerenter ait.

**C**anticum ade pro se et sua generatione. Cap. lxxvii.  
**E**xultabit cor meum in salutari tuo. cantabo tibi  
qui bona tribuisti. michi. et psallam nomini tuo ale:  
tissime. Tu es qui fecisti celum et terram. mare et omnia  
qui in eis sunt in sapientia fecisti. Impleta est terra pos:  
sessione tua. Ab manus tue fecerunt me. tc. Dediti michi  
intellectum ut seruare in adiutoria tua. Quid subiecisti sub:  
pedibus meis. tc. Ego autem tu in honore esse non in:  
telleri comparatsu*m* si tumens insipientibus et filiis factus  
sum illis. Transgressus sum mandatum tuum. Voci maiestatis  
tue non obediui. propterea repleta est malis aia:  
mea. et vita mea i*n*ferno appropinquit. Circumderuit  
me mala quorum non est numerus. tc. Abias tuas dñe  
in eternum cantabo. Exaudi disti de celo sancto tuo vocē  
meam. Inclinasti celos et descēsti: et eruisti animam  
meam de inferno inferiori. Tenuisti manū dexteram  
meam: et cruixisti aiam meam de manu inferi ne periret.  
Proteicisti post tergum omnia pecta mea. Tu me lauisti  
in sanguine tuo. Que ego rapui: tu exsoluisti. Abias  
tuas dñe in eternum cantabo. Venite ergo filij audite  
me et magnificare dñm mecum. Canticum. Venite  
adoremus et precidiamus ante dñm deū nostrum. Et  
omnes procidentes adorauerunt eum.

**C**anticum noe pro se et sua generatione Cap. lxxviii.

Lid.

**T**unc surgens ille sanctus nos singulariter ele-  
ctus a deo todo orbe terrarum pro se et sua gna-  
tione sic fuit dñs laudes prosecutus. Confitebor tibi  
in toto corde meo: in consilio iustorū et congregatiōne  
Laudabo nomen dei cum cantico. rc. Cum velles de  
superficie terre delere hominem quē creaueras: tu diru-  
pisti fontes et torrentes: tu ampliasti fluvios ethan.  
Via que voluisti fecisti in mari et in omnibꝫ abyssis.  
Tunc auditā fecisti michi misericordiam tuam. Diluuiū inhab-  
bitare me fecisti. Misisti de celo et accepisti me. Omnis  
miseria excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. Non  
me demersit tempestas aquae quia firmasti arc̄ hā tuas  
altissime. Tunc adiecisti visitare nos in pace. Domin⁹  
noster venit suorum pauperum recordatus. Venite er-  
go filii et considerate opera dei: q̄ terribilis in conse-  
lijs superfilios hominum. Cantate domino canticum  
nouum: quia mirabilia fecit. Et omnes tunc procidē-  
tes adorauerunt eum.

**C**anticum abrahe/ysaac/t iacob: pro se et suis ge-  
nerationibus. Cap.lxxxiii.

**E**idelis quoq; et cunctorum principiū et forma-  
tionibꝫ sic cecinerunt. Oferimur tibi deo confi-  
tebimur: et inuocabimus nomen tuū. rc. Notaz fecisti  
in populis virtutē tuam: redemisti in brachio tuo filiis  
israel iacob et ioseph. Memores erimus testamē-  
ti tui. rc. Non dimisisti hoīem nocere nobis: et corri-  
puisti pro nobis reges. Elegisti nos hereditatem tuas  
nomen a seruis tuis assūpisti. De semine n̄o saluus  
oīm factus es: et promisisti. Non em angelū dñe: sed se-  
men abrahe apprehendisti. Abiutor fui sive verbi sancti  
tui. Tu nos gloria nostra redemisti. Abiutes israel

homo vestros expandite: florete et fructus facite: quia  
lumen mundi dominus cuius potentia vel gloria resurrexit.  
Cantate ei canticum novum: benepsallite ei in voca-  
feratione Qui timetis dominum laudate eum. et cetera.  
Exultemus domini deo nostro et adoremus scabellum  
pedum eius: quoniam sanctum est. Et omnes procidentes  
adorauerunt eum.

**C**anticum moysi et ioseph et generatione  
bus suis.

**A**dhuc illi viri publici duces castorum et populi  
domini moyses et aaron principes et ioseph dominum  
Iesum pro se et sua generatione totaliter laudauerunt.  
Cantabimus tibi domine: gloriose magnificatus ves-  
timenta et fortitudo et laus nostra: facies nobis do-  
mine in salutem. Narrabimus laudes tuas et mirabili-  
lia que fecisti signa: in manibus nostris posuisti phares  
oneim et seruos eius omnes. Abstulisti populum tuum  
de medio eorum: in manu potenti et brachio excelso.  
Divisisti mare rubrum in divisiones. Eduxisti nos per  
medium eius. Eduxisti nos cum argento et auro: et no-  
erat in tribubus nostris infirmus. Redisti nobis manus  
na ad manducandum. Mane in angelorum manducaui-  
mus. Eduxisti populum per desertum in manibus no-  
stris. Ler eius iminaculata conuertens animas quam  
nobis tuo digito scripsisti. Quod dulcia fauibus nostris  
eloquia tua dum nobis cum domine loquebaris. De-  
disti nobis in possessionem terram gentium desidera-  
bilem. Nunc autem tu deus noster regifer: ad tuos  
saluandos descendisti. Et vos filii videte opera dei et  
glorificate nomen eius. Jubilate deo omnis terra. et cetera.  
Et omnes procidentes adorauerunt eum. Et refertur  
Quis est hymnus quem christus dixit in cena cum discipulis?

L. iii.

qñ dñ. Et hymno dicto exierunt in monte olivarum  
¶ Canticum dauid et aliorum prophetarum pro se et  
sua generatione. Cap. lxxv.

**P**ost hec dauid rex populi dñi ac prophetaruz exi-  
pius et psalmorū et canticoꝝ p̄cipuus compila-  
tor tali cantico pro se et sua gloriacione deum honorauit  
Deus canticū noui cantabo tibi: in psalterio decacor-  
do psallā tibi. Qui das salutē regib⁹ rc. M̄hemor fuisti  
dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Sustulisti eū  
de gregibus oviuum. et regem dominus vixisti eum. scz  
hereditatis tue. fecisti ei nomen grande: et p̄cinxisti eū  
virtute ad belluz. Jurasti michi nec me frustratus es  
de fructu ventris mei nasci. Semper sit filia mea bñs  
dicta per cuius sacrū vterū transisti. In eternū nō obli-  
uiscar iustificationes tuas rc. Multiplicasti super me  
miam tuam. Prophetā me i israel dedisti. Ad hāc vo-  
ce iunxerūt se isaías/hieremias/ezechiel/daniel/et oēs  
pphetē ad dauid ad laudes soluendas dñi. Et simul  
cū ipso deinceps dixerūt. Incerta et occulta sapie tue  
manifestasti nobis. Audiebamus que loqbaris in no-  
bis. magnifica nobis reuelabas. Expectauimus salu-  
tare tuum dñe: vt ante nobis promisisti. Ecce nunc fa-  
ciē tuā ostendis: ades qui nobiscum loquebaris. Om-  
nes ergo ei genuflectamus qz ipse est dominus deus  
noster. Et omnes procidentes adorauerunt eum.  
¶ Canticum esdræ/neemie/et ceterorū de transimigra-  
tione babylonis. Cap. lxxvi.

**P**reterea illi viri excelsi/esdras/neemie et ceteri  
de transmigratione babylonis: tales laudes domi-  
no evoluerūt. Confitebi in urbe domine in toto corde  
nostro: laudabimus mirabilia tua. Dein sc̄tō via tua:  
quis deus magnus rc. Sed in hūilitate nostra memos

fūisti nostri. Omnes gentes plaudite etc. Nos autem  
populus eius et oves pascue tue: laudamus te. Et om-  
nes procidentes adorauerunt eum.

**C**anticum symeonis/ iohannis baptiste/ et coram q  
fuerunt tempore christi. Cap. lxxviii.

  
Um aut̄ non solū de antiquis p̄ib⁹ rel-  
giationibus sed de ipsi⁹ dñi iesu t̄pē plus  
res inter sc̄tōs p̄es p̄us in limbo: et nūc  
in paradiſo terrestri essent symeon et io-  
hannes baptista: sacratissimi innocētes  
felix ille latro cū dño iesu crucifixo vo-  
lētes et ip̄i laudes domino exoluere: sic dicerunt. **L**o-  
stibimur tibi dñe sc̄dʒ iustitiā tuā: et noi tuo psallem⁹.  
**D**e⁹ ta docuisti nos a iuuentute nfa. et vsq; nūc p̄nūcia  
bim⁹ mirabilia tua. **T**u es agn⁹ q tollis p̄ctā mūdi. **T**u  
es q oīm misereris. Sicut audiuim⁹ sic te vidim⁹ oclis  
nris. Er ore infātiū et lactatiū p̄fecisti laude. **N**odicē  
tē laborauim⁹: et multā gl̄ia z̄tulisti nobis. **E**t vidi-  
mus gloriam tuā quasi vniigeniti a patre plenū gratie et  
veritatis. Et procidentes adorauerunt eum.

**C**anticum angelorum. Cap. lxxix.

  
Qia veromon est verissimile q a laude dñi  
cessarent angeli sancti (quoz ibi erat mul-  
titudo copiosa cū hoc sit p̄cipue eoz offi-  
ciū) vt restaurationis sue recognoscāt bīsi  
ciū iō. ip̄i exultātes coram dñio totaliter iu-  
bilauerunt. Alleluja/ alleluja/ alleluja. te decet lau-  
te decet hymn⁹: et tibi reddetur votum in hierusalem.  
Hymnum tibi dñe cantabim⁹ de canticis syon. Era-  
tare sup celos deus. etc. **L**oſfessionē et decorē i diuīſti etc.  
Qia per te facta sūt alleluja alleluja. Exultaſti ut ḡ  
sas. etc. Cum esſes rex noſter ante scl̄a: te fecisti pa-

perem alleluya. **N**inorasti te paulomin? anobis ut nos  
stras rumas reperares alleluya. Benigne fecisti in vo-  
luntate tua syon: vt edificentur superna hierlm alle-  
luya alleluya. Habitantes in domo tua: in secula secu-  
lorum laudent te alleluya. Et per ceteros vicos tuos cata-  
bitur alleluya. Tu facis angelos tuos spiritus et mini-  
stros tuos igneurentem. Tu numeras multitudinem  
stellarum. Benedicite angelis domini domino. Laudate eum omnes  
angeli eius. Adorat te omnes angelii tui alleluya. Et  
plura alia que omitto. Tunc omnes procedentes adora-  
uerunt. In talibus cantibus et laudibus stabant omnes sa-  
cti patres et angelii coram domino qui erat cum eis reverenter  
alacriter et deuote: et quasi gloriosi et beatissimi iubila-  
batur. Aspice ergo eos et cum leticia congratulare eis: et at-  
tende que dicunt et discere deum laudare venerari et ei gra-  
tias agere: beneficia sua recognoscere: et toto affectu sus-  
diose ad illam gloriam pertingere ubi semper cum tam no-  
bili multitudine in spectu dei tuis in laudibus perseveres.  
**N**ona apparitio quod apparuit vnde decim discipulis  
ianuis clausis. **Joh**is. x.

**B**ap. xc.

**A**dueniente autem die octauo resurrectionis iterum  
apparuit dominus iesus ianuis clausis discipulis: et  
erat thomas cum eis qui prima die non fuerat. Et cum  
alii narrarent ei quod dominum viderant. respondit. Hoc si videlicet in  
manibus eius fixuram clavorum. et non credam. Dixit ergo  
pastor et bonus de suo grege pusillo sollicitus. Pax vo-  
bis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc et  
noli esse incredulus sed fidelis. Tunc thomas perdidens  
tetigit cicatrices et dixit. Dominus meus et deus meus. Non  
minem vidit et deum credidit. Dixit etiam suam culpam  
de hoc quod dereliquerat eum sicut alii dixerunt. Dominus aus-  
tem erigens eum dixit. Noli timere omnia dimissa

funt tibi. Hoc autem de thome dubitatione permisum  
est dispensatore: ut euidentibus argumentis resurrec-  
tio domini probaretur. Considera benignitatem et hu-  
militatem ac feruentem amorem eius quomodo mon-  
stravit thome et alijs discipulis vulnera sua ut tolleret  
omnem obscuritatem a cordibus eorum ad ipsorum et  
nostram utilitatem. Reservauit autem sibi dominus  
cicatrices vulnerum propterea tria: maxime ut fidem fa-  
ceret apostolis de resurrectione: ut ipsas ostendat pa-  
tri quando vult placcare eum et interpellare pro nos-  
bis. Et enim aduocatus noster. Et ut eas ostendat  
reprobis in die iudicij. Stat igitur dominus iesus cu[m]  
matre et discipulis suis per aliquam moram loquens  
de regno dei. Et ipsi cum eo in leticia magna audiен-  
tes illa verba excelsa aspicientes faciem eius ple-  
niam gaudio et decoro. Attende eos circumstantes et  
dominam familiarius iuxta eum: magdalenam vero  
semper ad pedes eius. Sta igitur tu mente reueren-  
ter et iocunde a longe: si forte misericordia motus fa-  
ciat te vocari. Tandem dixit eis ut vadant in galile-  
am in montem thabor: (ut dicitur) et ibi apparebit eis  
et benedictione data discessit ab eis. Ipsi vero rema-  
serunt ut prius famelici et sitibundi de ipso: sed pluri-  
mum confortati.

**D**ecima apparitio facta discipulis in galilea in  
monte thabor. **A**bathei ultimo. **L**ap. xci.

**P**otius iterum apparuit eis dñs / dicens. Data est  
michiois potestas in celo et in terra. Ideo docere om-  
nes gentes baptizantes eos in nomine patris / et filii et spi-  
ritussanti: docentes eos seruare que mandaui vobis.  
Et p[ro]ficeremini quia ego sum vobiscum oibus diebus

visus ad consummationem seculi. Adorauerunt autem cum  
in suo aduentu cum magna iocunditate. Manifestauit au-  
tem eis qualiter est dominus omnis. Dat eis mandatum per misericordiam  
et formam baptizandi: et vigorem per spiritum sanctum cum di-  
xit quod semper erit cum eis. Tides quantum iocunditatem  
dat eis et quae insignia caritatis. His igitur dictis per do-  
minum Iesum et data bunctione: disparuit ab eis.

**C**undecim appitio facta septem disciplis piscatoribus in  
maris: et comedit dominus Iesus cum eis. *Io. vi. 10.* *Cap. xci.*

**D**iscipulus vero adhuc remanserit in galilea: iuenerunt su-  
tem quadam die pescatur ad mare tyberiadis septem  
eis: et per totam noctem nichil ceperunt. Mane autem  
facto dominus appuit eis: et stetit in littore maris. Querens  
igitur dominus Iesus si aliquid cepissent: dixerunt ei. Nihil. Di-  
xit eis. Vellite in dexteram nauigare rhete: et inuenietis.  
Misericordia vestra et ceperunt magnam copiam piscium. Di-  
xit tunc iohannes petro. Dominus est. Tunc petrus nudus exi-  
stens succinxit se tunica et festinus venit per mare. Alio  
vero nauigio venerunt. Etcum descendissent: videbant p-  
iscem posse supra prunas. dominus enim hoc eis parauerat.  
fecit etiam accipi de piscibus eorum et assari. Et simul  
cum eis comedens fecit coniunctum cum eis in littore ma-  
ris: et consuetate misericordie et humilitatis more ministrans: pa-  
nem porrexit eis: et pescem fregit et deedit eis. Statim re-  
uerenter et alacriter sicut cum domino suo pariter comedent-  
es aspicientes faciem eius desiderabilem et iocundam et ex-  
ultat in cordibus suis. Accipitorem escas de sacratissimis ma-  
nibus eius et reficiunt: non minus spiritualiter quam corporaliter.  
**O** quale coniunctum est istud. Attendebo cum eis pascaris co-  
gitando quanto utiliasunt et pulchra ista. Nam completo isto  
solenni coniunctio dixit dominus petro. Diligis me plenus his: di-  
xit ei. Dñe Iesu scis quod amo te. dominus dixit. Pasce agnos

meos. Et iterum sic interrogans: recommendauit ei' ḡe  
gem suū. In quo caritatem & benignitatem domini so  
litam considera. Aperte vides diligenter imprimis  
reiterat affectuose recommendat aias nostras petro.  
Iterū dñs post hec predixit petro mortem suam dicēs  
Cum essem junior cingebas te. tc. Declarans qua mo  
te esset moriturus: qz per passionem crucis clarificatu  
rus esset deum. Et cum de iohanne petrus quereret:  
hic autem quid: dñs respondit. Sic eum volo manere  
donec veniam. quasi diceret. Nolo qz per viam passio  
nis me sequatur. sed in senio et contemplatione quie  
scat: qz quis alij discipuli viri intelligerent qz non mores  
retur. Sed hoc non erat magnum donum cum sit me  
lius dissolui et esse cum xpo. Attendisti qz multa dicta  
facta qz sunt & magnifica in hac apparitione. Post hec  
disparuit dñs ab eis & more solito rediit ad sanctos pa  
tres: discipuli vero cum magno gaudio remanserunt.  
Et postea redierunt hierusalem.

**D**uodecima apparitio qualiter apparuit dñs iesus  
plusqz quingentis fratribus simul. Cap. xcij.

**T**ertiā apparuit dñs iesus vltra qz quingentis fra  
tribus simul: sed quo loco vel qz non est scriptum  
Et flans inter eos. loqnsqz de regno dei magna eos. jo  
cunditate impleuit. Habes igit̄ duodecim apparitiones  
dñi post resurrectionem vsqz ad ascensionē absqz dua  
bus cum ascensione proxime dicendis. Et sic fuerunt  
tū. Scire tū debes qz in euangelīs non sunt scripta  
nisi decem. Nam qz apparuit matri: non est scriptum in  
aliquo loco: sed sic creditur. Quō autem apparuit io  
seph: legī in euangelio nicodemi. Quō etiam iacobo  
minor: scribit apl's ad corinthi. De quingentis fratri  
bus scribit idem apostolus. Aliovero scribunt in euā-

gilio. Potes etiam meditari de pluribus. Nam verisimile est qdñs benignus sepe matrem et discipulos visitabat: et magdalena dilectam discipulas confortans et exhilarans eos qui sic vehementer de passione sua fuerant perterriti. Qd etiā beatus Augustinus sentit dicens: de tpe post resurrectionem non omnia scripta sunt. Cetra erat eius conuersatio cū eis. Et forte ipsis sancti patres maxime abraham et quibus facta fuit promissio de filio dei veniebant cū eo ad visitandum illam suā gloriosā filiā seu matrē dñi q pro eis et oībus gratiam inuenit et genuit redemptorem. Qd letanter ea aspiciebant et reucrenter se inclinabant et omni qua poterant benedictione colebant: quis non viderent ab ea. Logita solitam benignitatem / caritatem / hūilitatem dei. Unde facimus mentionem q ista in omnibus factis eius relucent q postq resurrecerat adhuc peregrinari per quadraginta dies voluit ut suos discipulos confirmaret et roboraret. Digne nempe post tot annorum curricula post tot labores et afflictiones post tam ignominiosam et acerbam mortem poterat triumphator ad suam gloriam remeare et persuas angelos confirmare et confortare aplos pro suo nutu. Sed hoc nō patitur caritas sua: sed personaliter voluit conuersari cum eis per. xl. dies apparen̄t̄ eis in multis argumentis et loquens de regno dei. Pro eis facit hoc et pro nobis: sed nō aduertimus. Dilicit et diligit valde nec diligitur ad tales et tantum ignem non solum calefieri sed ardere deberemus.

**D**e ascensione domini nostri Iesu christi. Actus primo.

Cap. xciij.

**A**pro dñi ascensionem te esse vigiles oportet: ut si unq toto mentis conatu te pñtem exhibui-

si verbis et factis eius: nūc multo magis facias. Nam  
hec solennitas superat omnes aliae: ut infra clarius  
ostendam. Saltem hoc animette ad attentionem quo  
modo nunc ascensurus corporali pūtia completo sue  
peregrinationis cursu operatur. Unde verba et facta  
eius sunt attentius consideranda. Quelibet anima si  
delis debet sponsum suum deum et dñm suum in eius  
discessu diligentissime obseruare: et q̄ per eum dicunt  
et fiunt mente vicerosius amplecti et ei se deuotius  
et humiliter recommendare ac totaliter animum su-  
um ab alijs retrahere. Die igr̄ quadragesimo a resur-  
rectione sciens dñs iesus q̄ venit hora ut transeat ex  
hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos in finem di-  
lerit eos. Accipiens igit̄ de paradiſo terrestri sc̄tōs  
p̄es et illas omnes sanctas aīas et h̄ndicēs enoch et he-  
lyc ibi remanentibus et adhuc viuentibus venit ad di-  
scipulos suos qui erant in cenaculo in monte synon cuz  
matre et alijs. Et apparens eis voluit ante discessum  
suum prādere cū illis insignū memoriale dilectionis et  
gaudij. Q̄ibus igit̄ simul comedētibuscum leticia ma-  
gna in hoc vltimo conuiuio dñi sui: dixit eis dñs ies⁹.  
Tempus est ut reuertar ad eum qui me misit: vos autē  
manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto:  
quia infra paucos dies replebitimi virtute spiritus sā  
cti ex alto: vt vobis promisi. Postea ibitis per vniuers-  
sum orbem predicantes euangelium meum: et bapti-  
santes credentes: et eritis michi testes usq; ad vlti-  
mum terre. Exprobavit autem incredulitatem eo-  
rum: quia is qui viderant eum resurrexisse non credi-  
derant scilicet angelis suis. Hoc nunc maxime fa-  
cit cum predicandum esse dicebat. Quasi diceret mul-  
timagis vos debebatis angelis credere: et ante quaz

videlicet me: quod gentes quod credent vobis predicatoribus  
non me viderunt. fecit autem hoc ut suum defectum co-  
gnoscentes: humiliores essent: ostendentes eis in discessu  
suo quantum placebat ei humilitas quasi eam peculiari  
recommendaret eis. Quicquid autem eis de futuris  
spiritibus noluit eis respondere: quod non expediebat eis. Sta-  
tes igitur: comedunt loquuntur de presentia domini sui gau-  
dient sed turbantur de recessu eius. Tanta amoris dul-  
cedine et magnitudine diligebant cum: quod verba de re-  
cessu suo non poterant equo tollerare animo. Quid autem  
dicam de matre iuxta eum prudente: quod super omnes sic  
intense eum amabat? Nam non credit quod ad hec verba di-  
scensus sui maxime dilectionis tacta et commota dul-  
cedine reclinaret caput suum super filium suum: et recumberet  
super pectus eius? Nam si iohannes fecit in cena: multo  
magis meditari potes de ipsa. Unde suspirans cum lassis  
chrysitis dicebat et rogabat eum dicens. Fili mi si di-  
scedere vis: duc me tecum. Domine autem consolans eam di-  
cebat. Rogo mater carissima ne moleste feras discen-  
sum meum: quod vado ad patrem. Et ait hic remanere ex-  
pedit ad tempore: ad confirmandos credentes. Quod ostea veni-  
am et assumam te ad gloriam meam. Ad quem mater. Fili  
dulcissime fiat voluntas tua. Nam ego non solus reina  
increased et mori parata sum pro aliabus per quibus tumor  
tuus es: sed esto memor mei. Domine autem eam discipulosque  
magdalena collaboratur dicens. Non turbetur cor ve-  
strum neque formiderit. Non relinquam vos orphanos va-  
do et venio ad vos et semper ero vobiscum. Tandem  
dixit eis ut vadant in montem eliciuntur: quod inde volebat  
ascendere. et tunc disparuit ab eis. Mater ergo et aliis  
ne morauerunt ad dictum montem qui est prope hierusa-  
lem ad ymum milia: et ibi iterum apparuit eis. Ecce

hodie habes duas apparitiones. Ampleratus est me-  
trem vale faciens eis. et mater eum. Discipuli autem  
et magdalena et omnes alij procidentes et lachryma-  
tes osculati sunt pedes eius. Ipse autem erigens eos  
benigne osculatus est. Erat autem inuisibiliter sancti p̄es  
qui libenter et reverenter intuebantur dioram et benedi-  
cunt per quam tanta beneficia sūt assecuti. Quomodo etiēz  
intuerent illos excellentes pugilles et duces exercitus do-  
mini q̄s inter oēs elegit. vñs ad pugnandum et vincendum  
diabolū. Tandem cūctis misterijs cōpletis: cepit dñs ie-  
sus eleuari ab eis et ascēdere propria virtute sua. Tunc  
m̄r 20̄s alij pecciderunt in terrā: et dirit dñs Fili my bñ  
dict e memor esto mei: q̄ propter discessus non pot erat  
lachrymas continere. Gaudebat tū velde: q̄ filius suū  
cernebat tam gloriose celos petere. Sicut et discipulis  
dicebāt. Dñe pro te dimisimus oia memor esto nosſi.  
Ipse autem eleuatis manib⁹ facie strenu⁹ et gaudens  
more regio coronatus: et ornatus triumphaliter refe-  
rebat in celū: et benedicens eis dixit. Conſtate gesto  
te et viriliter agite: q̄ seimp ero vobiscum. Ascendebat  
autem ducens secū illam multitudinez nobilē iter pendēs  
ante eos ut predixerat ppheta michæas. Dñs itaq̄ glo-  
riosus ascendebat et precedebat eos viam eis ostendēs.  
Et ipsi cantantes et iubilantes leti sequabantur eum  
dicentes. Cantemus dñs qui ascendit super occēsum  
dñs nomen illi. Benedictus es dñe qui saluas speran-  
tes in te: deducens populū tuum in exultatione et ele-  
ctos tuos in letitia. Ascendis in altū prosperum iter  
faciens nobis. Educis in fortitudine vincatos. In cō-  
spectu angelorum tibi p̄flemus. Gloria laus et honor  
tibi sit christe rex redemptor. Interim autem michael  
ppositus paradisi peragens vñcianuit q̄ domin⁹ ascen-

M.J.

debat. Et ecce beatorum spirituum ordines seriatim  
per actes suas ei occurunt. Unus et eiusdem remansit qui  
non veniret obuiam domino suo: et inclinates cum omni qua  
poterant reverentia tanto domino deducebat eum cum hym  
nis et cantibus ineffabilibus. Quis enim posset cantus  
et iubilos qui ab ipsis siebant explicare? Aduenierunt  
greci principes coniuncti psallentibus: dicentes alleluia  
alleluia alleluia:: quod victoram gloriose fecisti. Nunc  
tibi regnanti pangimus ecce melos. Alleluia: benedi  
ctus es qui ambulas super pennas ventorum alleluia  
Dignus es domine omni laude et honore alleluia.  
Ecce ascendunt omnes tribus: tribus dominavit con  
siderant et dicant alleluia. In his et similibus domi  
num honorabant coram ipso exultantes et eis festum  
honorificum celebrantes. Et quis posset hoc gaudium  
enarrare quod tam beatissimi spiritusque sancti patres  
habuerunt cum sibi occurrerunt. Superne ergo ipsa  
domino prius reverentia exhibita: et cantibus expletis cuius  
magna letitia dicebant: Principes populorum bene  
vos venisse gratulemur alleluia. Psallite igitur deo  
nostro alleluia. Psallite ei qui ascendit super celum ce  
li ad orientem. Alleluia. Custodes et adiutores nosset  
gaudium et pat vobis alleluia. Psallite vos regi no  
stro alleluia. Similiter autem se exhortantes dicebant  
similiter. Nos capiet urbem veneranda alleluia. Et sancti  
patres respondebant alacriter: principes populi dom  
ini alleluia. Tides igitur quod omnes psallebant et iubi  
labant. Nam iutta prophetam. Ascendit deus in iub  
ilatione et dominus in voce tubae. Ascendebat autem do  
minus iesus pro consolatione matris et discipulorum  
quousque videlicet poterant eum. Extunc nubes suscepit  
eum ab oculis eorum et in momento cum omnibus an

geliis predictis et sanctis patribus fuit ista patria. Sic  
enim dicit sanctus propheta. Nonis nubem ascensum  
tuum domine qui ambulas super pennas ventorum.  
Penne ventorum dicuntur summitates ventorum sed  
habet partes illae que procedunt et velociores sunt. Ei  
le velocius ascendit ex quo nubem interposuit. Sta-  
bant autem mater discipuli magdalena: et alijs genit-  
ibus floris: et intuebantur in celum euntem illum quo-  
usq; poterant. Quid erat videre dominum sic glorio-  
se ascendentem. Et quid si quis posset audire et videre  
illos beatissimos spiritus et animas sanctas cum eo pa-  
riter aspergientes et descendentes. Forte pre gaudio  
fuisse anima talis a corpore separata: et cum eis ascen-  
disset. Cum igitur puluis adhuc eleuataspiceret  
ecce duo angeli steterunt iuxta illos in vestibus albis  
dicentes. Viri galilei quid statis aspicientes in celum  
sic veniet quemadmodum vidi tis cum euntes in celo.  
Redite ergo in ciuitatem et expectate sicut dixit vos-  
bis. Attende quomodo de illis erat sollicitus. Nam  
statim ut evanuit ab oculis eorum misit angelos suos ne  
ninni ibi stantes fatigarentur et vi consolarentur aus-  
dientes angelicum testimonium concordare secundum de-  
ascensionem domini. Auditus igitur his verbis: domi-  
na rogavit humiliter ipsos angelos: ut eam recordarem-  
darent filio suo. Illi vero usque ad terram inclinati li-  
benter suscepserunt mandatum eius. Similiter aposto-  
li magdalena et orationes alii dixerunt illis. Illis itaq;  
disparibus ipsi reuersi sunt in ciuitatem ad montes  
sionis: ubiq; morabantur expectantes ut dominus Iesus mani-  
dauerat eis. Missis autem Iesus cum uniuersitate predicta feliciter  
et magnifica multitudine aperiens ianuas paradisi  
usq; tunc humano genio clausas intravit triphaliter gloriose:

M. i.

gaudiose ac reuerenter: et patri genuflectens ait. Psal  
gas ago tibi qui michi dedisti victoriam de omnibus  
aduersariis meis. Ecce amicos nostros qui capti tene  
bant tibi represento. Sed fratribus et discipulis meis  
quo in mundore liqui: permisi mittere spiriti sancti. Ro  
go mi pater: ut impleas promissionem meam: et eos ti  
bi recommodo. Tunc pater eriges eum fecit sedere a ver  
tris suis et dixit. Benedicte fili mi: omnem potestatem et iudici  
cium dedi tibi de istis discipulis tuis: et de missione spir  
itu sancti pro tuo velle dispone. Deus autem sancti pa  
tres et beatissimi spiritus adorantes prociderant in faci  
es sua et coram prelatis surgentes reinceperunt cantica et iubila  
tare coram deo laudes. Si enim moyses et aaron post tra  
xitum maris rubri cecinerunt coram domino dicenteo. Cantemus  
domino. et cetero. Et omagis modo cunctis aduersitatibus supera  
tia. Si ergo cum dauid deducebat arcam dei in hierusalem: si tot  
us populus canebat legitimate et dauid cum cantoribus cy  
tharum percutiebat: et oes coram domino laudabant omagis  
nunc faciunt qui vere sunt coram domino in tanto gaudio  
constituti. Et refert iohannes quod audiuit in celo centu  
quadragesinta quatuor milia sicut cythareorum cytha  
risantium in cytharis suis: et cantabant quasi canticum  
nouum ante sedem dei et agni: quodcumque gaudium illud  
significet. Ergo ipsum multomagis hodie contigisse  
meditabor. Deus igitur ibi constituti psallunt omnes  
erunt autem oes letantur oes cantantur oes gaudentur omnes  
iubilantur oes manibus plauduntur oes corosantur oes iocuntur  
dantur oes tripudiantur. Vere nunc in superna hierusalene  
audire canticum letiticum et per oes vicos eius cantatum et dicendum  
ab universis alleluia. Nunquid ab origine mundi tan  
te festum et tantum pascha tamquam solene fuit celebratum  
Nec valet erit forte: nisi post die iudicij cum omnes ele

et tibi presentabuntur cum corporibus glorificatis.  
Propterea dixi tibi in principio: quod hec solemnitas o-  
bus consideratis supereminet cunctis. Percurrere p-  
singula et videbis si verum loquor. **A**gnus pascha  
et solenne est incarnatio domini et initium omnis bo-  
ni nostri. sed hoc nobis: non sibi. Nam ipse tunc in gha-  
lamo vteri virginalis inclusus est. **A**gnus etiam est  
pascha nativitatis domini. sed illud: nobis/ non sibi.  
Compatiendum est quod ad tantam paupertatem/vilita-  
tem/ et penuriam natus est. **A**gnus est quo ad nos fe-  
lum/ eius passio: quod tunc omnia peccata deleta sunt.  
Michil enim (ut ait Grego.) nobis nasci profuit: nisi  
redimi profuisset. Sed propter tormenta durissima et  
mortem turpissimam quam sustinuit: nec sibi fuit nec no-  
bis ibi materia gaudii sed tristitie et meroris. **A**gnus  
et solene festum est verum pascha resurrectionis domi-  
ni nostri iesu christi tam pro se quam pro nobis quod ipse glorio-  
sus triumphator apparuit: et nos iustificatus sumus. Ve-  
nerabilis igitur dies multum: ideo in ipso singulariter  
cantat ecclesia. **H**ec est dies quam fecit dominus. Et  
sanctum augustinum hec dies sanctior est alijs. Intellige de  
precedentibus. Nam hec dies ascensionis maior et sa-  
ctior videtur: quod licet resurrexit dominus: adhuc tame  
peregrinatur interris adhuc est clausa ianua paradisi.  
adhuc sancti patres non iuerunt ad patrem que omnia  
in ascensione completa sunt. Et si bene inspicis quic-  
quid deus fecit usque modo fecit ut perueni et ad hanc  
diem: et sine hac die erant imperfecta omnia opera sua  
Nam celum terra et omnia que in eis sunt: facta sunt  
propter hominem: homo autem propter gloriam ha-  
bendam. Ad ipsum autem usque nunc nullus poterat  
pertingere post peccatum transiunctus iustus. **V**ides  
**A**B. iij.

Igitur Q[uod] magnificus et mirificus est dies iste. Similiter magnum pascha valde dies p[re]tercostes: et cum multum solemnizat ecclesia. et ratio est: q[uod]z tunc summum donum scilicet spiritum sanctum recipit: sed illud nobis: non sibi. Sed hodiernus dies ascensionis est prope festum solemnissimum domini nostri Iesu christi. quia hodie incipit sedere ad dexteram patris et regnem caput a peregrinatione sua. Et est festum supernorum ciuium quis nouum gaudiu[m] suscipiunt de domino suo quā ante ibi ihu[m]aritatis forma non videantur et quia primo incipiunt restaurari ruine corum in tanta multitudine beatorum. Et etiam prope festum illorum egregiorum patriarcharum prophetarum et animarum sanctarum quia ad supernam hodie patriam primitus venerunt Si ergo facimus festum de aliquo migrante ad celos q[uod]z omagis de tot milibus sed et q[uod]z omagis de sanctis sanctorum. Est etiam festum domine quem filium regali dyademate coronatum sic vidit tanq[ue] verum deum super excelsa ascendere. Et est festum nostrum: quia humana natura hodie super celos exalta ta: quia nisi christus ascendisset: illud donum scilicet spiritum sanctum pro quo sic merito solennissimū recipere nequibamus. Unde dicebat discipulis suis. Exspectat vobis ut ego vadam. Si enim non abiero paracitus non veniet ad vos. Unde Bernardus. Solenitas ista carissimi gloriosa consummatio ē: et adipectio aliarum solennitatum: et felix clausura totius itinerarij domini nostri Iesu christi filij dei vivi. Merito solenitas diei huius agit q[uod] sol celestis iustitie nris se presentauit obtutibus. Abogna quoq[ue] letitia et exultatio quando consciutto sacco: letitia circundatus est: et nostro dedicauit exordia resurrectionis. Verumtamen

quid mischi ex solennitatibus istis: si conuersatio nostra  
derinetur in terris: Dico igitur. Non multo minus nu-  
chit tolerabilior videtur huius exili habitatio: q̄d gehen-  
na. Deinde ait. Nisi abiero paraclitus non veniet ad  
vos. Vides ne quemadmodum et ceterarū solennitas  
tum ea quam hodie celebramus et consummationē ha-  
beat et fructum declareret et augeat gratiam. Sicut enim  
bona opera eius qui pro nobis natus est: ita eius quoq;  
ascensio propter nos facia est: et facit pro nobis. Huc  
usq; Bernardus. Manifeste ergo vides q̄d solennitas  
est dies illa omnibus alijs et omnis qui bene diligeret  
dominum Iesum hodie magis laudaret q̄d in aliqua die  
 anni. Unde ipse dicens discipulis suis. Si diligereis  
me gauderetis utiqz: quia vado ad patrem. Et propterea  
re credo me recte dixisse: quia nūq; in patria fuit ali-  
qua dies tantum solennizata: vt ista. Durauit butem  
gaudium et exultatio tanti festi: usq; ad diem p̄tecostes  
Ascensio enī dñi fuit hora sexta. Nam primo comedie-  
rat hora tercia cum discipulis suis. Quānus igitur in  
patria omnes exaltarent ultra q̄d dicti posset tamē pri-  
ma die scilicet usq; ad aliem sextam horam: angelii fece-  
runt singulare festum: et dominus Iesus eis ostendit et  
fecit aliquam familiaritatem singularem et consolatio-  
nem. Secunda die fecerunt archangeli. Tertia dic vir-  
tutes. Quartā die potestates. Quintā die principatus  
Sexta dominationes. Septima throni. Octaua che-  
rubin. Nonā seraphin. Hi sunt nouem ordines ange-  
lorum: et sic durauerunt usq; ad sextam sabbati vis-  
ibilie p̄tecostes. Et extunc fecerunt festum sancti pa-  
tris usq; ad horam tertiam diei dominice.

M. iiiij.

**D**e missione sp̄iis sancti. Actuū. q. Cap. rev.

**T**unc his ppletis dixit dñs iesus patri. Pater  
meis de sp̄iis sancto. Respondit pater. Fili mi multum  
gratū habeo promissum. Dicunt ergo ad spiritum san-  
ctum. Rogamus te vt descendas ad disciplos nostros  
et eos repleas/ consoleris/ robores/ et instruas: et cumu-  
lum virtutū et gaudium conferas eis. Et ait spiritus san-  
ctus. Ecce ego para: us sum. Et statim venit et descen-  
dit repente in linguis igneis super.cxx. discipulos si-  
mul congregatos: et eos replete omni gaudio. cuius  
virtute discipuli vegetati/docti/accensi/ et illuminati: to-  
tum orbem concusserunt et pro magna parte sibi subie-  
cerunt. Deinde superni cives laudauerunt et semper lau-  
dant deum: et habent dies letitic: et nunq̄ deest ibi sole-  
nitas gratiarum actio et vox laudis . Scriptum est em̄  
Beati qui habitant in domo tua. et ceterum. Festinamus igitur  
nos ingredi in illam requiez vbi tanta superabundat ins-  
desinenter letitia: et ad patriam nostram totis conatib⁹  
suspiremus. Odiamus huius mundi miseri et putridi  
corporis nostri compagem: et eius curam nō faciamus  
si desiderijs quando nos hic detinet in carcero: et pe-  
regrinos atāto bono. Dicamusq̄ cum apostolo. Infe-  
rir ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius  
Et iterum Quādiū sumus in hoc corpore: peregrina-  
mur a domino: Lupio dissolui: et esse cum christo. De-  
sideremus corporis resolutionem: et eam continue po-  
stulemus a domino. Et quia nos per nosmet ipsos eam  
cum salute consequi non valimus. interim saltem moria-  
mūr mundo et pompis ac concupiscentijs eius. Abstrac-  
hamus corde forti et perseveranti ab his rebus caducis:  
miseris: brevibus et leuisbus. Fugiamus confortium ta-

le harum visibilium rerum: que vulnerant et interficiunt animas nostras. Ascendamus autem mente cum domino: aut potius ad dominum. et cum ipso sit in celis conuersatio nostra: ut sic facientes non ex toto simus peregrini et aduene: sed i tempore visitationis nos ad se dignetur assumere: ipse de quo loquimur dominus noster Jesus christus qui est super omnia deus. benedictus et laudabilis in secula seculorum. Amen.

**C**Explicit liber aureus de vita christi  
per sanctum Bonaventuram  
doctorem seraphicum edic-  
tus  
sive compositus

**C**Seq<sup>t</sup> tabula capituloꝝ in libro p̄fici contentorū.

- De meditationibus que precedunt incarnationē s.  
De contemplatione inter misericordiam et veritatem q.  
De his que posita in celo contingere potuerunt iii.  
Incepunt meditationes vite domini Iesu de incarnatione. iii.  
Quomodo dñia nostra iuit ad elzabeth. v.  
Quomodo Joseph voluit eam occulere dimittere. vi.  
De nasciturate dñi nostri Iesu christi. vii.  
De circuncisione domini. viii.  
De epyphania domini. ix.  
Quae facia sunt in presepio post oblationē x.  
De purificatione beate marie virginis. xi.  
De fuga dñi in egypto. xii.  
De regitu domini ab egypto. xiii.  
Quo puerulus remansit in hierosolimis. xiv.  
Quia fecit dominus Jesus a duce decimo anno usq;  
ad principium tricessimi anni vite sue. xv.  
De iuncte domini ad baptismum. xvii.  
De ieiunio et temptatione dñi Iesu. xviii.  
De apertione libri in synagoga. xviii.  
De prima vocatione apostolorum. xix.  
De miraculo factō ad nuptias. xx.  
De sermone dñi in monte. xx.  
De seruo centurionis et filio regulis. xx.  
De paralitico missō per tecum. xx.  
De socru symonis petri. xx.  
De dormitione dñi in nauicula. xx.  
De filio vidue suscitato. xx.  
De puerla suscitata. xx.  
De conversione marie magdalene. xx.

- Quomodo iohannes baptista misit discipulos suos ad chusum. xxxix.  
De morte beati iohannis baptiste xl.  
De locutione domini iesa cum samaritana xlii.  
Qualiter dominus iesus fuit ductus usq ad supercili um montis. xliii.  
Qualiter dñs ic̄us sanauit quandam habentem manū aridam. xliii.  
De multiplicatione panum. xliii.  
De fuga domini quando turba voluit eum facere regem. xlii.  
Quomodo dominus Iesus orauit in monte. xliii.  
De muliere chananea. xliii.  
Quomodo aliqui ex verbis domini scandalizati sunt. xliii.  
De retributione relinquentium omnia xxxix.  
Qualiter dominus iesus quesunt a discipulis quid dicerent de christo. xl.  
De transfiguratione domini in monte thabor. xli.  
Qualiter dominus ihesus duabus vicibus elecit vendē tesar ementes in templo. xli.  
De probatica pīfina. xli.  
Quomodo discipuli vellebant spicas propter famem. xlii.  
De ministerio marthe et marie xl.  
Distinctio contemplationum xlvi.  
De impedimentis contemplationis et que vita alteri preferatur. xlvi.  
Quomodo dominus predixit iudeis qđ ecclesia devol ueretur ad gentiles. xlvi.  
Quomodo iudei voluerunt capere dominum Iesum in sermone. xlvi.


- D**e ceco in h̄erico illuminato. I.  
**Q**uomodo dominus Iesu intrauit domū zachei. Ii.  
**D**e ceco a natiuitate illuminato. Iii.  
**Q**uomodo abscondit se dominus iesus exiens de tem-  
plo. Iii.  
**Q**uomodo alia vice iudei voluerunt lapidare Ie-  
sum. Iii.  
**D**e resurrectione lazari. Iv.  
**D**e maledictione ficus. Ivi.  
**D**e muliere in adulterio deprehensa. Ivi.  
**D**e conspiratione iudeorum contra dñm. Ivid.  
**Q**ualiter dñs redit bethania m. Iix.  
**Q**uomodo dominus Iesu mortem suam predixit ma-  
tri sue. Ix.  
**D**e cena domini. Ix.  
**D**e passione domini Iesu in generali. Ix.  
**M**editatio passionis in hora matutinali. Ixii.  
**Q**uomodo principes duxerunt Iesu ad pylatuꝝ. Ixiii.  
**M**editatio passionis ad tertiam. Ixv.  
**M**editatio passionis ad sextam. Ixvi.  
**D**e mora nostre domine iuxta crucem. Ixvii.  
**M**editatio passionis in hora completoriꝝ. Ixviii.  
**D**e die sabbati. Ixix.  
**Q**uid fecit dominus in sabbato. Ixx.  
**L**anticum sanctorum patrum in limbo. Ixxi.  
**D**e resurrectione domini prima apparitio quomodo  
apparuit matri sue Ixxii.  
**Q**uomodo magdalena et alie mulieres iuerunt ad mo-  
numentum Ixxiii.  
**S**ecunda apparitio quomodo apparuit magdale-  
ne. Ixxiiii.  
**T**ertia apparitio quod apparuit tribus mariis. Ixxv.


Quarta quōd apparuit Joseph.	lxxvij.
Quinta quomodo apparuit Jacobo minori.	lxxviij.
Sexta quomodo apparuit petro.	lxxviii.
Quō dñs iesus redit ad sanctos patres.	lxxix.
Septima quomodo apparuit duobus discipulis eundem tibus emaus.	lxxx.
Octava quomodo apparuit discipulis inclusis in die resurrectionis.	lxxxiij.
Lanticum ade pro se et sua generatione	lxxxiij.
Lanticum Iho pro se et sua generatione.	lxxxiij.
Lanticum abrah̄/isaac/et iacob/pro se et suis genera- tionibus.	lxxxiij.
Lanticum moysi et iosue.	lxxv.
Lanticum dauid et aliorum prophetarum.	lxxvij.
Lanticum esdree neemie et ceterorum de transmigra- tione babilonis.	lxxvij.
Lanticum symeonis et iohannis baptiste.	lxxviij.
Lanticum angelorum	lxxix.
Mona apparitio quomodo apparuit discipulis tanuis clau- sig.	xc.
Decima apparitio facta discipulis in galilea.	xcij.
Undecima apparitio facta piscantibus.	xcij.
Duodecima apparitio facta quingentis simul	xcij.
De ascensione dñi nostri Iesu christi.	xcij.
De missione spiritus sancti.	xcv.

**C Finis tabule**









Se vend chez

Pierre Godou

Demeurant dans

L'enclos

[Brunello].

S. n. d'Imprimeur

Jean Potet

Paris 1526

---

Impresus Rouen  
pour Jean Hervin  
libraire demeurant  
dans la même ville.

[Rothomage]

S. n. d'Imprimeur




Venundantur a Petro godou  
in clauso Brunelle commorante.

se vendent chez Pierre  
godou demeurant dans le clos  
Brunelle-

(Rue du clos Brunelle,  
près du Collège de France.)  
Voir : Notre Capitale, Paris, par  
Charles Delon, Paris, g. Maurice  
Libraire éditeur, 4 Bis Rue du Cherche-  
midi, 4 Bis. 1888. - 3 in - 8°, —





P. B. D. S. C. H.

P. B. D. S. C. H.

P. B. D. S. C. H.

Quint  
Sororium  
Gloria  
Domi  
Prae

Ma

8  
Sororium

